

CIRCONSTANCES D'UN SONGE CELEBRE

Dans son traité sur la *République*, Cicéron donne la parole à P. Cornelius Scipion qui détruisit Carthage en 146 av. J.-C. Celui-ci raconte comment, jeune tribun militaire (*tribunus militum*), il rencontra le roi Masinissa et vit apparaître, dans un rêve prémonitoire, son grand-père P. Cornelius Scipion, surnommé l'Africain.

- Cum in Africam venissem tribunus, ut scitis, militum, nihil mihi fuit potius quam ut Masinissam convenirem regem, familiae nostrae justis de causis amicissimum. Ad quem ut veni, complexus me senex collacrimavit aliquantoque post suspexit ad caelum et : « Grates, inquit, tibi ago, summe Sol, vobisque, reliqui caelites, quod ante quam ex hac vita migro, conspicio in meo regno et his tectis
- 5 P. Cornelium Scipionem cujus ego nomine recreor ipso : ita numquam ex animo meo discedit illius optimi atque invictissimi viri memoria. » Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra republica percontatus est multisque verbis ultra citroque habitis ille nobis est consumptus dies.
- Post autem apparatu regio accepti sermonem in multam noctem produximus, cum senex nihil nisi de Africano loqueretur omniaque ejus non facta solum, sed etiam dicta meminisset. Deinde ut cubitum
- 10 discessimus, me et de via fessum et qui ad multam noctem vigilassem, artior quam solebat somnus complexus est. Hic mihi (fit enim fere ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo saepe vigilans solebat cogitare et loqui) Africanus se ostendit; quem ubi agnovi, equidem cohorruui ; sed ille : « Ades, inquit, animo et omitte timorem, Scipio, et, quae dicam memoriae trade.
- 15 Videsne illam urbem quae, parere populo Romano coacta per me, renovat pristina bella nec potest quiescere ? » Ostendebat autem Carthaginem : « Ad quam tu oppugnandam nunc venis paene miles : hanc hoc biennio consul evertes... »
- Hic ego, etsi eram perterritus non tam mortis metu quam insidiarum a meis, quaesivi tamen viveretne ipse et Paulus pater et alii quos nos extinctos esse arbitraremur. « Immo vero, inquit, hi vivunt qui e corporum vinculis tamquam e carcere evolaverunt ».

Masinissa, ae m.	Masinissa, roi de Numidie, grand admirateur de la famille des Scipion		
Aliquanto	peu de temps		
Grates = gratias			
Sol, is m.	le Soleil, dieu vénéré par les Numides		
Reliqui caelites (vocatif pl.)	autres habitants du ciel		
Percontor, ari, atus sum	= rogare		
Ultra citroque	récioproquement		
Apparatus, us m.	la magnificence, le faste		
Cubitum	pour prendre du repos		
Artus, a, um	ici : profond		
Fere	= saepe		
Pario, ere, peperit, partum	engendrer, produire		
Cohorresco, ere, horruui -	se mettre à frissonner	Hoc biennio	dans deux ans
Ades animo	calme-toi	Insidiae, arum f. pl.	ici : la trahison